

# SUMMORUM PONTIFICUM

## PRIVILEGIA

PRO PARTHENONE S. TRINITATIS PARACLITENSI.

(Edit. Opp. Abælardi curante Ambœsio, Paris., 1616.)

<b>I.</b> <i>Privilegium Innocentii II datum Antissiodori, an. 1131, Nov. 28.</i> Innocentius, etc. Quoties illud, etc. <i>Vide in Innocentio II, Patrologia, tom. CLXXIX, sub num. 70.</i>	<b>A</b> <i>Anastasii IV privilegium, datum Laterani, an. 1153, Jan. 26.</i> Anastasius, etc. Ad hoc nobis, etc. <i>Vide in Anastasio IV, Patrologia, tom. CLXXXVIII.</i>
<b>II.</b> <i>Privilegium ejusdem, datum Pisis, an. 1135, Jun. 17.</i> Innocentius, etc. Quoties illud, etc. <i>Vide ubi supra, sub num. 188.</i>	<b>VII.</b> <i>Adriani IV privilegium, datum Laterani, an. 1157, Dec. 1.</i> Adrianus, etc. Ad hoc nobis, etc. <i>Vide in Adriano IV, Patrologia, tom. CLXXXVIII.</i>
<b>III.</b> <i>Privilegium ejusdem, datum Laterani, intra annum 1138 et 1142, Dec. 30.</i> Innocentius, etc. Religiosis desideriis, etc. <i>Vide ubi supra sub num. 504.</i>	<b>VIII.</b> <i>Eiusdem privilegium aliud, datum Beneventi, an. 1156, Febr. 13.</i> Adrianus, etc. Et injuncti nobis, etc. <i>Vide ubi supra.</i>
<b>IV.</b> <i>Lucii II privilegium, datum Laterani, an. 1144, Mart. 15.</i> Lucius, etc. Quoties illud, etc. <i>Vide in Lucio, Patrologia, tom. CLXXIX, sub num. 4.</i>	<b>IX.</b> <i>Eiusdem privilegium tertium, datum Laterani, an. 1156-1158, Nov. 25.</i> Adrianus, etc. Quoties religiosæ, etc. <i>Vide ubi supra.</i>
<b>V.</b> <i>Privilegium Eugenii II, datum Catalauni, an. 1147, Nov. 1.</i> Eugenius, etc. Ad hoc nobis, etc. <i>Vide in Eugenio, Patrologia, tom. CLXXX, sub num. 238.</i>	<b>X.</b> <i>Alexandri IIII privilegium, datum an. 1163, Parisiis, April. 6.</i> Alexander, etc. Ad nobis, etc. <i>Vide in Alexandro IIII, Patrologia, tom. CC, sub num. 145.</i>

**Heloissa. Paraclitensis abbatissa locum Pomerii ad construendam abbatiam Blesensi comitissæ concedit.**

Ego Hugo, Dei gratia Senonensis archiepiscopus, notum omnibus fieri volo præsentibus et futuris quod Heloissa Paraclitensis abbatissa interventu religiosorum virorum concessit Blesensi comitissæ, laude et voluntate totius capitulo sui, locum Pomerii ad construendam abbatiam, statutis inter se qui-husdam conventionibus quas duximus adnotandas. Statutum itaque fuit et divisum quod hæc prima abbatissa Pomerii, quæ nunc est constituta, domina Gertrude nobilis et honesta femina, quæ canonice electa fuit apud Paraclitum de dominabus ejusdem Ecclesiæ; cæteræ, quæ post ipsam primam substituentur in eodem loco, canonice eligentur secundum aliarum consuetudinem Ecclesiarum, et assumentur de ipsa Ecclesia, si in ea potuerint inventari. Sin autem, transibunt ad Ecclesiam Paracliti, et de ea sibi assument abbatissam, et ad aliam per electionem non licet eis pertransire Ecclesiam, quoniam alium ordinem nisi Paraclitensem non licet eis observare. Abbatissa vero Paracliti semel in anno ibit Pomerium, et sedens in capitulo

C emendabit, si quid fuerit emendandum de ordine, vel de aliqua re ad ordinem pertinente. Pro con- cessione sane prædicti loci dedit comitissa ecclesiæ Paracliti tres modios frumenti per singulos annos in molendino suo Pruvini sub Crevecor, laude quidem filiorum suorum coenitum Henrici, Theobaldi et Stephani, promisitque rem juste garantire. Et hoc fuit ad voluntatem abbatissæ Paraclitensis et totius capitulo sui. Promisit et abbatissa Paracliti, promisit et comitissa, quod nec per dominum papam nec per alium aliquem quod factum fuerat aliquo modo immutaretur; sed et conditiones inter utramque Ecclesiam superioris designatae a neutra parte abolerentur. Harum conventionum mediatores me posuerunt et abbatissa et comitissa, atque benigna utriusque partis postulatione in manu accepi rem, sicuti fuerat simpliciter ac devote celebrata, ope- tulante Domino, in finem permanere. Ut autem et modernis et successuræ posteritati firmum et ratum habeatur, auctoritate sigilli nostri muniri fecimus sub chirographi divisione.